

NIC. BIESII GANDAVENSIS

DE REPUBLICA LIB. III.

MULTIS IN LOCIS AVCTI:

quibus Vniuersitate moribus

Philosophia conti-

natur.

Ex des. collegiis magistrorum deo exinde pro

illustriſſ. & Reuerendiss. D.D. ANTONIVM

PERRENOTVM S. Rom. Ecclesiae Presby-

terum, Cardinalem Granuellanum, Archi-

episcopum Mechlinensem. &c.

Eiusdem Oratio pro bonis Litteris.



J. do  
Lisbon  
Jan 1762



ANTVERPIAE,

Apud Martini Nutij Viduam.

Anno M. D. LXIII.

Cum Gratia & Privilgio.

ADILLVSTRISSI-  
MVM ET REVERENDISSI-  
MVM DOMINVM, DOMINI-  
num Antonium Perronotum, sancte Romanae  
Ecclesiae Praesbyteru[m], Cardinalem Gran-  
uellanum, Archicopum Mech-  
linensem &c. de Repub.  
Liber primus.

Nicolao Biesio Gandauensi  
Auctore.



VANQVAM studiosis  
video semper ab omni-  
bus fuisse concessum, il-  
lustrissimè Præful, vt om-  
ni conatu sibi beneuolen-  
tiam & patrocinium eo-  
rum virorum conciliarent, in quorum  
virtutibus totam spem salutis & dignita-  
tis suæ positâ haberent, tua tamen amplia-  
tudo summa tâ me deterruit ha[ec]tenus, vt  
ego, qui nihil magis optarem, in conspe-  
ctum tuum venire non auderem. Nam  
dum cernacrem cum reliquis innumeris  
& maximis ornamentis tuis coniunctam  
tantam quoque prudentiam & eruditio-  
nem, quantam ad Remp. rectè gubernan-  
dam tempora nostra non mediocriter  
requirunt, facile intelligebam cum ijs,

**NICOLAI BIESII GANDA-**  
**VENSIS ORATIO PRO BONIS**  
 Literis, habita Valentia, ad serenissi-  
 mos Calabriæ duces.

**V**M LEGAMVS SV M OS  
 oratores, interdum de rebus nō  
 admodum grauibus apud popu-  
 lum verba facturos, perturbati  
 solitos esse vehementius, nemini mirū  
 videri debet, si in conspectu clarissimorum  
 sapientissimorumque principum, & in hoc  
 cœtu celerrimo doctissimorum auditorum,  
 me de rebus magnis dicere incipientē  
 cernat graui quodam timore percussum:  
 qui cum ijs, in quorum oculis nunc me vi-  
 deo constitutum, nec ingenio, nec doctrina,  
 nec exercitatione sum conferendus.  
 Quanuis autem benevolentiam vestram,  
 quæ meritò debet quemuis, quibusque  
 difficultatibus circumuentum, consolari,  
 mihi sperem nō esse defuturam, Principes  
 Serenissimi: tamen quantum incompara-  
 bilis humanitas illa vestra me confortatur,  
 tantum & summa dignitas animum meum  
 perturbat, & quantum singularem clemen-  
 tiā admiror, tam acerrimum iudicium  
 vestrum reformido. huc etiā accedit, quod  
 cùm in conspectum vestrum nihil prodire  
 debat,